



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion
Philostorgiu Kai Theodōru**

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

Henrici Valesii Annotationes In Excerpta Ex Historia Ecclesiastica
Philostorgii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

HENRICI VALESII
ANNOTATIONES
IN EXCERPTA
EX HISTORIA ECCLESIASTICA
PHILOSTORGII
IN CAPVT PRIMVM LIBRI PRIMII.

Pag. 467 **H** τὸν πάλαιον ἀπαρτίλω. Scribendum est accentu mutato & subauditur enim τὴν ὄψιν. Certè in codice Manuscripto Samuelis Bocharti legitur ἂ τὸν πάλαιον. Paulò post ubi legitur τὸ ἀπὸ τῶν ἐπιτάξεων, &c. malle scribere, τὰ ἀπὸ τῶν, &c.

A ut litteræ majores & evidentiores conspiciantur. Quare in hoc loco malle scribere ὑπὲρ τῶν μεταφρίτων.

In Caput II.

Pag. 468 **Ε**υσέβιον ἑπαινῶν. In Manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur ἑπαινώσει, quod scriptum esse opinor pro ἑπαινώσει.

καὶ ὑπὲρ τοῖς ἄλλοις. Supplendum est adverbium hoc modo ἢ ὑπὲρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις φησὶ μὲν. Interpres hoc loco suam Græcæ linguæ imperitiâ satis prodidit, tum in versione, tum in Annotationibus.

In Caput VI.

In Caput III.

καταφράστα. Leges Grammaticæ postulant ut scribamur καταφράστασθαι. Alioqui si vulgatam lectionem retineamus, dicendum esset αὐτὸς μάλλον ἀλιζανδρον φροτισμῶς, &c.

καταπληθῆσιν διατυπωμέναις. Inepta est horum duorum participiorum conjunctio. Proinde aut prius illud participium delendum est, aut certè scribendum καταπληκτικῶς.

In Caput VIII.

In Caput IV.

Ἄυτὶ ἱεραρχομένον. Hunc locum facile erat restituere ex Nicephori libro 8. cap. 5. in quo ita legitur: ἀπὸ τῶν μεταφρίτων αὐτὸ σπουδαίον. Certè in codice Scoriaeensi scriptum est αὐτῶν. In Manuscripto autem exemplari Samuelis Bocharti scribitur αὐτῶν ἱεραρχομένον, manifesto veræ lectionis vestigio. Porro his verbis indicat Philostorgius, hunc Alexandrum habuisse in dorso quandam carnis exuberantiam, quam Gallico sermone lupam vocamus, ex quorundam perspicillorum similitudine quæ figurâ convexâ fabricantur è vitro, ad hoc

Βασίλεια τῶν ἀμασσίας ἐπίσκοπον. Hujus meminit Pag. 469 Constantinus Porphyrogenetus in libro primo de Thematibus capite secundo his verbis: φησὶ μὲν τι ὁ ἀμασσίας, ἢ βασιλεὺς ὁ ἀσίδημος, ὃ ἐστὶν Ἰακίνθου μαρτυρῶν, &c. Ubi Interpres Regem vertit gravi errore: Basileus enim dicendus erat, sicut dicitur in Chronico Eusebii; Philostorgius quidem hunc Basileum interfuisse scribit Synodo Nicææ. Verum reliqui omnes illum persecutione Licinii extinctum esse consentiunt, quorum sententiæ libens accedo.

ἢ μελέτιον τὸν σεβαστηπίλιον. De hoc Meletio vide quæ notavi ad librum 7. Ecclesiasticæ Historiæ Eusebii Pamphili cap. 32. Interpres enim Philostorgii, quis esset hic Meletius ignoravit, eumque cum Meletio Sebastiano, qui postea Antiochenis Episcopus fuit, confundit.

